

Hälsig, Der Zauberspruch bei den Germanen  
(Spamer)

S. 554

At faa, hvad man vil. Istud est pentaculum salomonis regis; nam per istud potest quilibet operari, si vult, et habeat quidquid voluerit . primo quere sanguinem upupe, et custodi bene in vitro . et cum operari volueris, tunc vade ad nemus secretum cum ense lucido, com quo facies circulum, et habeas pergamenum virgineum, cum veneris ad nemus, vbi operari vis, ante introitum nemoris scribe cum sanguine praedicto haec nomina in praedicto pergamenno, barula + mispirati in exa melen angeus fons decede baldakye separy . post intraras, et post ea fac circulum quadratum, et in quolibet pentaculum fac circum: on + eli + eloy + agla + et des scribere in circulo, quod vix possit legi . et post ea stans in medio circulo et haec verba praedicta scilicet barula; quibus dictis aparebit tibi miles super equum sedens in manu tenens ancipitrem, et dicit tibi: quid vis? quid petis? ad quid me vocaris? paratus sum ad omnia facere, quaque vis . tu vero indignatus et auerte oculus, et domino dicis ei quidquam, et ipse statim resedat . et post ea te surgente versus orientem dic iterum praedicta scilicet barula + . iterum et apparebit tibi miles pulcrior primo et dicit tibi ut prius fecit, et fac vt primo scilicet fecisti . iterum perverte sedem in medio circuli surgens (versus) orientem dic iterum verba supradicta, scilicet barula + et pulcrior primis duobus apparebit tibi miles auro diademate coronatus; apparebit tibi dicens: quid vis? tota die me fatigatus; loquere nunc, et dicam tibi, quid vis . tu emin loqueris, et post potes loqui quidvis volueris; et placide respondet tibi, et fac petitionem tuam . qua audita statim resedit, et mane invenies in circulo, quidquid pecieris sine dubio.

Bang, Norske Hexeformularer og magiske Opskrifter, Kristian. 1901 f., 451 f., No. 1032 (16. Jh.).